326

C


155

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155

8
4w
326 C 155
10

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

JURE ACCRESCENDI

Quam

Favente Deo Opt. Max.

Ex Authoritate Magnifici Domini Rectoris
Admodum Reverendi, Clariſſimi, ac Celeberrimi Viri

DN. SAMUELIS MARESIJ,
S.S. Theologiæ Doctoris, ejuſdemque Facultatis
in Inclyta Illuſtrium ac Præpotentium Groningæ &
Omlandiæ Ordinum Academiâ, Profeſſoris pri-
marij, Eccleſiæque Gallicæ Præconis
diſertiſſimi,

Conſenſu item Ampliſſimi Senatus Academici,
& Conſultiſſimæ Facultatis juridicæ decreto,

Pro honoribus & privilegijs Doctoralibus in utroque
jure rite conſequendis, publicè tuebitur

GERARDUS JANUS MEYKNECHT

Ad dies 1. & 2. Iul. In choro templi Academici
horis conſuetis.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

GRONINGÆ,

Typis HENRICI LUSSINCK, Typographi in
PlateaCygnea. Anno 1652.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155

Magnificis, Nobiliſſimis, Ampliſſimis Viris, ac
DOMINIS,

DN. JOANNI TIASSENS,
Toparchæ in *Garſhuiſe* & *Zuydthorn* cum annex, Reip. Groninganæ nuper Conſuli, nunc ejuſdem Reipublicæ nomine in conſeſſu Illuſtrium ac Præpotentium D. D. Ordinum Generalium Fœderati Belgij Adſeſſori graviſſimo,

DN. CAROLO WILHELMO RIPPERDA,
DN. GERHARDO MAURITIO RIPPERDA
Dominis in Oeſterwijtwerth & Toparchis in Denhauſen.,

DN. JOANNI SCHULENBORGH JCTO
DN. GERARDO SWART. J. U. D.
Senatoribus Reip. Groning. Spectatiſſimis, digniſſimis,

DN. GERARDO Ten BERGE J. U. D.
Deputatorum hujus Provinciæ Secretario meritiſſimo,

Dn. Fautoribus, Promotoribus, ac Patronis, ſummè honorandis, ac ſuſpiciendis,

Exercitium hoc inaugurale Obſervantiæ & gratitudinis ergò

offert ac conſecrat

GERHARDUS JANUS MEYKNECHT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

JURE ACCRESCENDI

THESIS I.

EX propoſitis mihi de Legatis, & Uſufructu, materijs, eam de jure Accreſcendi excerpere animus eſt, eò quòd eam & hic & illic tractari videam. Quam ita rectiùs deſcribi exiſtimem, quòd ſit, *jus quo deficientium heredum ejuſdem hereditatis, aut collegatariorum ejuſdem rei, portiones adjiciuntur ijs, qui ſuam portionem agnoverunt.*

II. Valet hoc jus in hæreditatibus ex Neceſſitate. Quâ ratione autem tanquam baſi nitatur hæc neceſſitas accretionis, non omnium eſt una ſententia; Sunt, qui adferunt hanc, quod alioquin fieret, ut quis pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decederet contra juris regulam in *l. 7. ff. de R. I.* Sic enim ex antiquorum & recentiorum ſententia ſcribit M. Graſſus *l. Sent. 1. §. I. A. q. 3.* Quam Ant. Fab. *de Error. pragm. dec. 49. er. 1.* ſolidè refellit; Duaren. *l. 1. c. 1.* Alia itaque generalis & germana ratio eſt conſtituenda. Neceſſitas hæc naſcitur ex duobus juris principijs; Unum hoc eſt, neminem ejuſdem hereditatis ſibi delatæ partem ſemel quæſitam repudiare poſſe *l. 4. C. de repud. hered.* Alterum, neminem ejuſdem hereditatis, quæ alium heredem non habet, partem habere poſſe, partem repudiare *l. 1. l. 2. ff. de acq. hered. l. 20. C. de jure delib. l. un. §. 10. vers. & hoc C. de Cad. tollend.* Donell. *7. com. 12. ibique Hillig. lit. B.* Juſt. Mej. *in coll. Argent. l. 29. tit. 2. th. 26.*

III. Valet idem jus & in legatis inter collegatarios ejuſdem rei, verum effectu non nihil diſſimili. Nam in legatis locum habet ex ſola præſumpta voluntate teſtatoris eandem rem pluribus legantis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155

IV. Ut autem ſit locus J. A. requiritur. I. Ut coheredes ſint conjuncti, unde jus conjunctionis appellatur in *l.16.ff.quib.m od. uſusfr. amit.* Non igitur obtinet in una perſona, ut opinatur Donel. 7. c. 12. *per l.1.& 2.ff.de acquir. hered.* Conjuncti generaliter dicuntur omnes, qui ad eandem hereditatem, aut legatum, ab eodem teſtatore vocantur, ſive uno ſermone, ſive pluribus. *l.80.ff.de leg.3 l.9.ff.de ſuis & legit. l.84.§.12.ff.de leg.1.l.un.§.10.11.C. de Cad.toll.*

V. 2. Ut ſint ab uno eodemque teſtatore conjuncti in una eademque re *l.80.ff.de leg.3.* Hinc quæritur, ſi Titio fundum, Sempron. uſumfructum quis legaverit, an conjungantur? Aff. *per l.3. §.2.de Vſuf r.accreſc.* Pone ergo tibi proprietatem fundi legatam, mihi autem & Mævio & tibi uſumfructum, habemus ego & Mævius trientem in uſufructu, & unus triens proprietati miſcebitur *l.4.ff. de uſuf. accreſc.* Si verò uni totum, alteri pars quotativa legetur, cum diſtinctione conjunctio recepta & inducta eſt.

VI. 3. Ut in uno, vel eodem, non diverſis teſtamentis ſint inſtituti *l.16.ff.quib.mod.uſusfr.amit.* Ex paterno tamen & pupillari teſtamento eſt jus accreſcendi. *l.41.§.6.ff.de vulg.ſubſt.l.34.§.10.ff.de leg.1.*

VII. 4. Deſideratur, ut eodem jure ſuccedant, non diverſo; conjunctio enim ejuſdem naturæ ac formæ eſſe debet *l.6.in pr.ff. de bon.poſſ.l.16.ff.quib.mod.uſusfr.amit.* Gomez. *l.1.V.R.10.n.16* Suev. *l.2.c.1.inf.& c.3.*

VIII. 5. Ut à conjuncto herede portio prius ſit agnita *l.un. §.10.C.de Cad.toll.l.9.ff.de ſuis & legit. l.3.§.ult.cum ſeqq.de bon.poſſ.* Agnitam autem intelligimus cum effectu, ut ſcilicet non ſimpliciter ſint legatarij vel heredes, ſed apud eos etiam alia ſit portio, cui vacans adjungatur *arg.l.83.ff.de Acquir.hered.* Indeq; non ad heredem, qui totam hereditatem reſtituere juſſus eam reſtituit, ſed ad fideicommiſſarium accreſcendi jus pertinet *l.43. l.79.D.ad SCt.Trebell.l.83.de acq.hered.* Juſt. Mejer. *d.l.th.25.* Ut & ad omnes, qui licet coheredes non ſint, effectu tamen ipſo in ea hereditate ex aliqua parte heredes exiſtunt. Proindeque adEmtorem hereditatis tranſit. *l.33.§.2.ff.de uſufr.l.2.in pr.& §.9.ff.de hered.vel act.vend.& t.t.ff.& C.de peric.& com.rei vend.* Robert. 3. *animad.* 12. Hun. *in reſol.l.3.tr.3.p.1.q.* 8. Papill. *de I.A.p.*32. Duar. *l.2.c.6.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155

l. 2. *c.* 6. ubi inquit, *hanc ſententiam tam apertam eſſe, ut probabilibus argumentis eam velle ſubvertere parum prudentis conſultique hominis eſſe videatur.*

IX. 6. Inſuper pars hereditatis reive legatæ ita demum accreſcit, ſi perſona deficit *l.* 53. §. *ult. ff. de acq. vel omit. hered.* Non poteſt dici deficere, in cujus perſona legatum nunquam conſtitit: unde queritur, an nihilominus ille partem faciat? & puto non facere, ſi aut plane incapax fuit, aut jam mortuus, quo tempore teſtamentum condebatur *d. l. un.* §. 3. *l.* 34. §. 9. *ff. de leg.* 1.

X. Quid ſi unus è conjunctis deceſſerit teſtatore jam mortuo, & parte ſuâ nec agnitâ nec repudiatâ? Exiſtimo hoc caſu nihil accreſcere conjuncto, ſive L. Jul. Papiam ſpectemus, ſive jus novum Juſtiniani.

XI. Sed num deficientem portionem & eam appellabimus, quæ ſemel acquiſita iterum amiſſa eſt? Negat textus in *l.* 1. §. 3. *ff. de uſufr. accreſc.* Uſusfructus tamen conſtitutus & poſtea amiſſus, nihilominus J. A. admittit *d. l.* 1. §. 3.

XII. Cæterum conjuncti dividuntur in tres ſpecies, Alij dicuntur *Re* conjuncti tantum, alij *Verbis* tantum, alij *Re* & *Verbis* ſimul *l.* 142. *ff. de V. S.* ubi Godd. & DD. comm. *l.* 89. *de leg.* 3. quæ conjunctio reſpectu formæ in ſimplicem & mixtam diſpeſci poteſt: Simplex, Realis & Verbalis: Mixta, Verbalis & Realis ſimul.

XIII. Re conjuncti dicuntur, quibus eadem hæreditas aut res ſeparatim, id eſt, diverſo orationis contextu relinquitur, ut ſi teſtator dixerit; Titio Fundum Tuſculanum do, lego, Sejo fundum Tuſcul. do lego. Vel A. hæres eſto: B. hæres eſto: qui quidem re conjuncti ob illam orationis diverſitatem ferè ſolent appellari diſjuncti, diſtincti, ſeparati, & conjunctis opponuntur *l. un.* §. 10. *C. de Cad. toll.* Unde ſingulos re conjunctorum ab initio ſolidum habere & concurſu partes facere certum eſt *d. l. un.* §. 11. *l.* 80. *ff. de leg.* 3. §. 8. *Inſt. de legat.*

XIV. Sed quid ſi ita lego: Quod Cajo legavi, Sejo lego. Nulla erit realis conjunctio: Sin verò hoc modo, in qua parte filium inſtitui, in eundem Sejum inſtituo: hic verò ambos vult eſſe hæredes per *l.* 15. *ff. de hæred. inſtit.*

XV. Præterea ſi eadem res pluribus non ſimpliciter, ſed hoc

expreſſim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155

expreſſim adjecto, ut quilibet habeat rem, non in ſolidum relinquatur, nulla erit conjunctio; ratio eſt, quia quando duobus in ſolidum res datur, alter æſtimationem conſequitur *l. 33. ff. de leg. 1.* quæ diverſa ab ipſa re *l. 76. in. f. ff. de Iudic.*

XVI. Verbis tantùm conjuncti dicuntur, quibus eadem res vel ejusdem rei pars eâdem oratione relinquitur, ſed partibus à teſtatore expreſſis, ut: Titio & Mævio fundum Tuſcul. ex æquis partibus do lego. Vel. A. & B. ex æquis partibus hæredes ſunto *l. 89. ff. de leg. 3.* In diverſis orationibus copula non inducit conjunctionem Verbalem. Conjunge *l. 88. §. 6. ff. de leg. 2.*

XVII. Ut hæc conjunctio commodè fiat, requiruntur particulę idoneę tam diſjunctivæ, quàm adverſativæ *l. 53. ff. l. 4. C. de V. S. l. 80. ff. de condit. & demonſt.* Item nomina collectiva, quæ ſunt in ſingulari numero plura ſignificantia *l. 76. ff. de Iudic.*

XVIII. Re & verbis conjuncti, qui eâdem oratione ſimul ad eandem rem vocantur, partibus nullis ſeparatis, vel expreſſis; vel, ut Paulus definit, quos nominum & rei complexus jungit, veluti A. & B. hæredes ſunto, vel Titio & Mævio fundum Tuſcul. do, lego.

XIX. Sed commodè hic dubium moveri poteſt, ſolidumne mixtim conjuncti habeant ab initio, an verò partes? Communis opinio ſolidum illis tribuit Fach. 4. *c. 94. per l. 5. §. fin. D. de reb. dub. & 2. ll. ſeqq. §. 8. Inſt. de legat. l. un. l 10. C. de Cad. toll. l. 1. §. 3. de uſufr. 2 accreſ. l. 80. 89. ff. de leg. 3.* Cujac. *l. 5. obs. c. 4. & l. 24. c. 35. & in Parat. C. de Cad. toll.* Suev. *l. 2. c. 3. p. m. 102.*

XX. Porro dicendum an etiam vel ignoranti & invito, vel volenti, an cum onere, vel ſine onere portio accreſcat. In hæreditatibus enim invito portionem accreſcere vacantem juris oſtendit regula *l. 53. §. 1. l. 38. l. 55. ff. de acq. hæred.* Secus in Legatariis, quibus ſi eadem res disjunctim legata ſit, portio deficiens ipſis invitis accreſcit, volentibus tamen ſi conjunctim. Sub eadem diſtinctione res cum onere, vel ſine onere, accreſcit collegatariis: ſine onere, ſi disjunctim legatum; ſi conjunctim, cum onere *d. l. un. §. 10.* Excellentiſſimus Dominus Steinbergius *ad Inſtit. diſp. 13. th. 10. in. f. & diſp. 10. ad Weſenbecium th. 21.*

XXI. An autem inter omnes conjunctos ſit J. A. anceps contentio eſt? Quod licet de verbali negativè decidant alij, illis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155

lis tamen potiùs acceſſerim, qui affirmativam tuentur, vide Godd. ad *l.* 142. *ff. de V. S.* Duar. *l.* 1. *c.* 6. 9. *&* 10. *de I. A.* Donel. 7. *c.* 13. *ubi erudite Hillig. l. k.* Ant. Matth. Heig. Vinn. *ad §.* 8. *I. de legat.* Hunn. in *reſol. l.* 2. *tr.* 8. *q.* 7. Perez. ad *d. l. un. C. de Cad. toll.* Bronch. 2. *aſ.* 65. Suth. *diſp.* 10. *aph.* 67. Gomez. *V. R. tom.* 1 *c.* 10. *n.* 32. Treutl. *p.* 2. *d.* 13. *th.* 3. *l. c.* ibique Bachov. Riemer *dec.* 7. *q.* 7. & in diſquiſ. *de I. A. c.* 13. *per l.* 16. *§. ult. l.* 84. *§* 12. *ff. de leg.* 1. *l. un. §. his ita. C. de Cad. toll. l.* 142. *ff. de V. S. l.* 89. *D. de leg.* 3. Carpz. *p.* 3. *c.* 2. *def.* 14.

XXII. Eidem juri accreſcendi in reali conjunctione non verò juri non decreſcendi locum eſſe puto per text. in *§.* 8. *I. de legat. l.* 1. *§.* 3. *l.* 3. *ff. de uſufr. accreſc. l.* 80. *ff. de. leg.* 3. *leg.* 26. *§.* 1. *l.* 30. *ff. de cond. & demonſt.*

XXIII. Quod etiam in mixta conjunctione obtinere rectè ſtatuitur. Certum enim eſt, conjunctorum appellatione intelligi conjunctos Re & Verbis, Ergo etiam textus in *l.* 80. *ff. de. leg.* 3. de conjunctis Re & Verbis accipi debet.

XXIV. Superſunt excutienda quædam de prelatione, quinam inter conjunctos alij aliis præferantur? Quæ res duplicem habet inſpectionem: Aut enim conferuntur inter ſe illi, qui eodem genere conjunctionis gaudent, & res eſt expedita: quia ſingulis pars deficiens æqualiter accreſcit: Aut diverſi generis conjuncti concurrunt, & placet Re & Verbis conjunctum in portione Re & Verbis conjuncti omnimodò, id eſt, ſine ulla diſtinctione præferri cæteris; at re conjuncti portionem vacantem omnibus conjunctis accreſcere, Verbis conjunctum in portione verbis conjuncti cæteris potiorem haberi *l.* 89. *ff. de leg.* 3. Bronch. *c.* 3. *aſſ.* 65. Fach. 4. *cont.* 98. Donel. 7. *c.* 13. & *in epiſtol. reſponſ. ad* Alberic. Gentil. Eademque dicenda de *hæredibus* eodem modo conjunctis vel disjunctis *l.* 63. *ff. de hæred. inſtit.* adhibitâ diſtinctione *l.* 17. *§.* 1. *ff. eod.* ut, qui conjunctim ſine parte inſtituuntur hæredes, pro conjunctis non habeantur, quantum ad jus accreſcendi, id eſt, ad ſummovendos cæteros; non enim excludunt alios disjunctim ex cæteris partibus inſtitutos. Ita intelligenda *l.* 23. Perez. *ad tit. C. de Cad. toll. n.* 17.

XXV. Nunc ultimo exquirendum ſupereſt, quando J. A. ceſſet. Ceſſat in contractibus per *§.* 4. *I. de inutil. ſtipul. l.* 110. *ff.*

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155

de V. O. l. 22. ff. de Vſucap. d. l. un. l. 64. ff. de contrah. emt. licet res in ſtipulationem deducta aut diviſionem non recipiat, aut alteri acquiri non poſſit *arg. l. 5. ff. com. præd. tam urb. quam ruſt. §. fin. I. de ſtipul. ſerv.* Bronch. *c. 2. aſſ.* 60. Ceſſat quoque ſi alimenta aut cibaria aut veſtiaria &c. relicta ſint *l. 57. §. 1. D. de Vſufr. l. 16. §. 2. ff. de alim. leg.*

XXVI. Ceſſat quoque, ubi cohęredi ſubſtitutus datus eſt, nam eo caſu deficientis pars non aliter cohæredi accreſcit, quam ſi ſubſtitutus omiſerit *l. 2. §. 8. ff. de b. p. ſec. tab. d. l. un. §. 3. C. de cad. toll. Nov. 1. §. ſi verò, auth. hoc amplius C. de fideic.* vide Gomez. t. i. *Var. R. c. 3. n. 26. & c. 10. n. 36.* Jus enim ſubſtitutionis, quod nititur hominis diſpoſitione expreſſâ tanquam fortius abſorbet J. A quod eſt ex tacita diſpoſitione *l. 61 §. 1. ff. de leg. 2.* debilius.

XXVII. Ultimò impeditur J. A. in legatis, ſi nimirum teſtator prohibuerit. An verò idem in hæreditatibus? Ex frequentiore Interpp. ſententia receptum eſt referente Ant. Fab. *l. 6. Cod. t. 1. n. 6.* non magis poſſe teſtatorem prohibere J. A. quam facere ne leges in ſuo teſtamento præjudicium patiantur. *l. 55. ff. de leg. 1.*

COROLLARIA.

Ex Jure Feudali.

I. AN jus accreſcendi locum habeat in feudis? Neg.

II. Utrum Imp. ſolus de feudis imperij majoribus à noſtris *Fahnlehn* dictis, absque parium curiæ interventu cognoſcere poſſit? Affirmativæ quidem ſub cribo, tutius tamen eſſe adhibere Statuum conſilium exiſtimo.

III. Num fæmina in armis pugnare aſſueta ad feudi ſucceſſionem ſit admittenda? Neg.

Ex Jure Canon.

De J. Can. nullius teſtimonio, quantumcunque religioſus exiſtat, in alterius præjudicium, niſi juratus depoſuerit, credi debet, *c. tuis quæſtionibus* 39. &c. *Nuper* 51. *X de teſt.*

II. Ordinarius judex poteſt ſumi arbiter ejus rei, cujus eſt judex *c. cum 5. tempore. X. de Arbitr.*

III. Judex, qui malè judicavit, per annum ſuſpenditur ab officio; & parti læſæ ad ęſtimationem litis condemnatur *c. 1. de ſent. & re jud. in 6.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
326 C 155